

mani, nihilq; nisi officium sequuti, debitā virtuti & meritā gloriam consequātur.¹ Atque hætenus (superis gratia) res percōmodè cecidit: imposterum verò magnū & graue certamē propositū nobis est. Etenim fortitudine, velocitate, robore præstare plerique alij fortassis etiā queant: veritate autē & iustitia, & magnificentia, & decora quadā reliquarum omniū virtutum specie atque gratia qui præstēt laudis & virtutis amore capti, iure meritoque cæteris hominibus anteponantur. Sed hæc perspicua ac manifestā sunt. Meminerimus verò nos decere cæteris viris excellentiores esse, quàm vel pueris excellamus. Quod vtique per te ipsum etiā intelligis. Itaque de nobis apud omnes constare debet tales nos esse, quales nēpe videri atque haberi velimus: maximè cū (superis bene iuantibus) id facile nobis sit futurū.² Etenim cæteris omnibus ferè accidit, vt nominis & famæ consequēda gratia regiones variæ peragrandæ & obeundæ sint. At rerū tuarum status eiusmodi est, vt toto terrarū orbe (& si quid etiā magnificentius dici possit) vnum in locū, & quidem ad te spectandū omnium mortaliū oculi mentēsque cōuertantur. Quæ cū ita sint, contendere debes & elaborare, vt illum veterem Lycurgum referas & exprimas, itēque Cyrum & quēuis alium, qui vita & moribus, & reipublicæ regendæ sapientia floruerit.³ Quandoquidem plerique, ac ferè omnes (qui istic agunt) magnam prorsus hominum opinionem esse dictitent, afflictō & euerso

¹ Cohortatur de inceptis Dionē ad similitudinem laudis officij, primum ex dissimilibus & maioribus.

² Argumentum ex aliis dissimilibus, quibus addit exempla eorum principum.

³ Addit contrarij rumoris testimonium, quo magis incendat.